



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

# **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**Digitale Sammlungen**

**RELATIO II. De mense Januario. Anni 1626.**

**1626**

# RELATIO II.

De mense Januario. Anni 1626.

**L**epoldus Roma in Nosocomio S. Trinitatis, ijs, qui devotionis causa eo venerant, ministrum se prebuit, eosdemq; 200. aureis nummis beavit. Postridie Papa portam anni Jubilei clausit. Circa idem serè tempus Carolus de Columba ex Belgio venit Mediolanum: ubi wolfgangus comes Mansfeldicus tum commorabatur. verum hunc Casar & Saxo elector revocarunt: quibus ille paruit, commendatis suis cohortibus duobus legatis.

Comes Serbelone cum aliquot millenis, ne hitum à Sabaudis impeditus, Moseramum venit deseramq; à Rebellibus arcem cum territorio recepit: praesidiarijsq; ibi impositis ad castra Romagnana reversus est.

Genuenses in colligenda ad ver 20000. militum exercitum omnes cogitationes fixerunt. Idemq; spectat Gallus, Sabaudus & Veneta Respubl. Quod ut eo felicitus succedat, episse dicitur Rex Galliarum cum mercatoribus, ut duos auri milliones in potestate habeat, persolventos ab ipsis in Italia. Idemq; bis centena millia coronatorum denuò Evangelicis Helvetijs, ad actutum conducendam viam, misisse: Sabaudis autem Filij aliq; magnatis perhibentur Sanctij, Princepsq; Tomas Ceva instr. Etum exercitum habere.

In Tuscia Arno fluvius, crebris pluvijs hoc tempore augetus, ita crevit, ut non solum multa navigia cum mercibus & hominibus submergeret, sed castrum quoq; urbi S. Nicolai vicinum, ingenti biatu absorpserit.

In Austria Debanus Ecclesia Cathedralis Basaviensis, & Baro de Santbalier Viennam venerunt gratulatum Casari, de  
Filio

*Fili electo Regellngaria. Huic nōvō paratur aula: cujus mo-  
rum praefectus futurus est Baro à Wolckenstein, ordinis Teuto-  
nici eques.*

*Sempronij in Ungaria, tempore coronationis Regis novi  
Ferdinadi Ernesti, magna extiterat & pene funesta adversaria  
inter Agramensem Episcopum & ordines Evangelicos. Cum  
enim ille assidue inonasset, solam Romanam Catholicam esse fe-  
rendam & tuendam: maleq; propterea ab Evangelicis exceptus  
fuit: non desuerunt, qui frigida affusa hoc Evangelicorum  
factum tragice exasperarent, non dubitantes affirmare, id lon-  
gè Pragensi de fenestris praecipitatione atrocius & saevius esse.  
Est tamen hac lris composita. Num autem Betlehem Gabor  
acquiesciturus sit in illa electione, cum eidem protestando contra-  
dixerit: dies sequentes testabuntur. Habet ipse certe exerci-  
tum suum dispositum: imperasseq; scribitur Tartaris, qui in wa-  
lachia (qua olim Mysia & Dacia) sunt, ita se comparent, ut jus-  
si presto sint. Interim ad Nuptiale festum quorūque in ludis e-  
questribus excellunt, quiq; in Sphaerulis, incitato equi cursu, acie  
praepitatae hasta, sine offensione, excipiendis artifices sunt, in-  
vitavit.*

*In Bohemia Caesar mandata promulgavit, de Evangelicis  
similiter ex illo regno, ut ex utraq; Austria, profligandis.*

*In Branfoicensi Ducatu miles wallensteinus ex Blancken-  
gensis praefectura evocatus abiit, relicto presidij. Sunt qui  
conferant, wallensteinium & Tillaum suas vires conjuncturos,  
irruptionem quandam, qua multum momenti habitura sit.*

*Branfoigia circa 6. Januarij adhuc una fuerunt Impera-  
toris Regum & Principum Legati. Sed multos exigua spes fovet.  
turum, ut illic aliquid concludatur, quod fructuosum sit Reip.  
am cum nomine Caesaris propositum esset: debere Regem Da-  
nia dimittere suum exercitum, prioremq; esse, qui ab armis abi-  
it; atq; tum Fridlandicae Tillausq; copias ex circuli inferioris*

Saxonie agro abductum iri: difficuisse hoc Regia Majestati  
Danicæ, quidem autumant.

Ad wallensteinii & Tillaei legiones accessio facta est eorum  
militum, quos uterq; iam in Hassiam & Bisfeldiam hibernatum  
ablegaverat. Goslariam autem totus exercitus venire iussus est.  
Unde divinatum fuit, eos contra Regem Danicæ aliquid moliri:  
ut, quia ejus copia longiore intervallo inter se absunt, cum irru-  
ptione facta adoriantur, fundantq; ante quam Rex suos collige-  
re queat. Quod tamen alij interpretantur ideo factum, ut vi  
facta, viam sibi ad comitatum accipiendum patefaciant. In  
Archiepiscopatu Magdaburgensi precipua loca sunt custodiis  
cincta & munita. In Anbaltino Principatu Fridlandensis  
Dessaviam cum ponte, in suam potestatem redexit. Idem,  
dissipasse existimatur militem ad oppidum Juterbocium iner-  
mem desidentem. Saxo elector in armorum & communis  
periculi oblivionem incidisse creditur à multis. Insignia ta-  
men sua omnibus suis arcibus, urbibus, pagis & oppidis, per qua  
profectiones sunt copieq; ducuntur, salvi conductus loco, quasi  
lupus numerum curet, affigi curavit. Contra imperialis Mag-  
daburgæ magna contentione nova quadam propugnacula ex-  
struit. Ibidem a Jan. ingens tempestas, ventorumq; tumul-  
tus, propemodum inauditi, alteram nuper exadificatam tem-  
pli ad S. Catharinam turrim, injecto magna trepidatione ho-  
minibus, die extremi adventum expectantibus, dejecit. Cujus  
lapsu & ruina ipsum edificium templi miserè conqussatam est.

In agro Brunsvicensi Christianus Episcopus Halberste-  
densis, Tillaos nihil tale opinantes, oppressit, multosq; praeclaros  
belli Duces animam cum sanguine exomere coëgit. Hac cla-  
des Tillam pessime habet, mirificèq; angit & extruciat, ita, ut  
sibi vitam acerbam putet, nisi vindicet. Miles Tilleus censuit,  
Christiano Duci praescindendas esse pennas: eripienda ei castra  
Hornburgum, Steinbrucium & alia, ita fore, ut quasi constri-  
ctus

*Etus se nusquam possit commovere. Interim passim miseri ple-  
duntur Achivi, qui, ut praecinitur, ita succinere coguntur: si-  
miles pueris, quibus necessitas imposita est faciendi & patiendi,  
quicquid Orbilius imperat: & ne contra quidem mutire.*

*In Hollandia Haga Comitum foedus Unionis firmatum &  
appensis sigillis corroboratum dicitur: colligiq; ibi magnus &  
firmus exercitus.*

*Irruptionem in suum agrum, pagorumq; occupationem,  
indignissime Lübecenses ferunt cives & nauta. Itaq; excursio-  
nibus aliquot factis, plurimum Mansfeldicis cohortibus damni  
intulerunt. Sunt autem vicina loca infesta omnia: ut ne Lü-  
neburga quidem in tuto sit: praesertim, cum Serenissimi Regis  
Daniae turma ibi passim diurnent: & Belli praefectus Fuchsius  
Ulsam teneat, futurumq; sit, ut firmioribus ad ripam Albis me-  
ridionalem locis praesidia imponantur. Rex autem ipse est adhuc*

*Rodenburgi: cui adsuit in castris filius Christianus. Pro  
Mansfeldio quotidie plures cohortes condu-  
cuntur.*

**F I N I S.**

